

116 In Cap. XXIV. Ecclesiastici.

adversus Marcionem cap. 20. S. Cyprianus lib. 1. Tertullianorum cap. 15. Sanctus Augustinus lib. 17. 18. de Civitate Dei cap. 8. Tychonius Regula 4. Theodoretus in Libro 2. Regum, Quæstione 22. Eucherius, & Rabanus in eundem locum & plerique doctissimi neoterici, quorum agmen merito duxerit noster Hieronymus Prudus in Isagoge ad Ezechielem Sectione 5.

444 Obstatuit David ad tantam, & tam apertam promissionem, atque auditio Vate, Tabernaculum confessum ingressus in genua se modestissimum provolvit, gratias pro immenso beneficio peracturus. *Quis ego sum?* inquit, *Domine Deus, & quæ domus mea;* *quia adduxisti me hucusque?* Sed hoc parum felicem se miserunque confessus est Pater Mariae. Emphasi, & epitali plenum est Epithetum hoc, *Pater Mariae*, significans, Davidem Regem, cum cilicio se ac cinere obvolveret, cum amarissimum vultum lacrymis perfunderet, cum commissa piacula primo etiam adscribens peccato, in iniquitatibus fe conceptum defleret, ea vel maximè de causa deflevisse, quod peccando indignum se tantà filia progenitorem praefuisse; indignissimum videbatur ratus, ut qui tam puram, tam imum esse progeniturus, tantis se, post primigenium, sceleribus polluisse. His tamen ille fetibus se totum elinebat, his sanctissimi precibus & se, & domum expiabat suam; ut Divinam Arcam non ex inobedientia Ozæ, sed ex Obededomi obedientia venientem, intra pueros posset Lares excipere; quin aut sua ipsius, aut suorum fortes in Mariæ generationem, & conceptionem perseperent.

David Dei.
para novi immu
nem ex sua
firme pro
creandam
Rupert.

Rupert.

lum peccatorum illuvie deturpatam, inquit Rupertus.

446 Sed & Pacianus Barcinonensis Episcopus, Marianæ Conceptionis, & Immunitatis cultor religiosissimus, in Parænesi ad Poenitentiam: *Ille quondam gemmis assuetus, paenitentia,* (David) & purpuris, *texit in jejunio animam suam, cui maria, cui sylva, cui flumina serviebant, promissaque divitas terra purissima parturiens madidus lacrymis consumpsit oculos illos, quibus gloriam Dei viderat, & in nasceretur.*

2. Reg. 7.
18.

447 Jure igitur paterno David Rex, tum proprio, tum Abrahæ nomine Mariam affatur filiam, apud Sanctum Athanasium in Sermone de eadem SS. Deipara: *Audi filia Davidis, & Abrahæ, & inclina aurem tuam in preces nostras, & ne obliuiscaris populi tui, neque nostri, qui sumus de familia, & domo pairis tui.* Adami: *Parentes enim tui parum sumus secundum generis profapiaque rationem; nostraque filia es, quia ex nobis genita es.* Tantum ille: qui dum Mariæ clementiam implorabat, divinæ misericordiae cœlestia munera, propter præfam divinitutis Mariam, imperaturum se esse præsidebat; dum autem filiam compellabat, tum Adami, tum Abrahæ & Davidis, nostræ huic probatioi mihi adstipulabatur. Adde illa ejusdem Athanasii in Tractatu de Adventu Christi; *Genitus ex Maria Virgine, ex semine sancto, Davidis, Abrahæ, & Adæ, ut scriptum est.*

SECTIO XV.

Salomon Deiparae proavus, Regiam illius prosapiam in domo saltus Libani, non sine purissimæ conceptionis illustri nota, præsignavit.

Ad illud 3. Reg. 7. v. 2. *Ædificavit quoque Salomon domum saltus Libani, &c.*

§. I.

B. Virginem à Salomone fuisse procreatam.

448 Salomonem Regem, naturalem fuisse Deiparae atavum, neque paternam ejus

*Salomon
Rex, natu
ralis extitit
Deipara
atavum.*

Pars II. ad V. 5.

117

ejus Genealogiam per Nathani genus esse derivandam, omnino affero; et si negari videam à doctis quibusdam Theologis recentioribus. Certe antiquos Patres id pro controlo aut supposuisse, aut expressisse legas. Expresserunt Hilarius Canone 1. in Matthæum, Augustinus libro 83. Quæstionem, Quæstionem 65. Ambrosius libro 3. in Lucan, & libro de Benedictiis Patriarcharum cap. 3. & 4. Hieronymus Jeremias 22. Rupertus in Librum 2. Regum, cap. 33. Bernardinus Tomo 1. Serm. 61. cap. 1. & Tom. 3. Serm. de S. Joseph; atque hi quidem, & alii ex Latinis. Ex Græcis vero idem docuit Eusebius Caesariensis lib. 7. Demont. cap. 3. Ephrem. Serm. de Laudibus S. Dei genitricis, Gregorius Theologus in Carmine de Christi Genealogia, Theodoretus Jeremias 22. Ezechiel 21. Andreas Jerosolym. in Encomio 1. de Dormitione SS. Deiparae, Damascenus Oratione 2. de B. Mariae Nativitate, Germanus in Encomio de ejusdem Præsentatione. Quibus subscriptibunt docti recentiores Joannes Pineda Libro 7. de Salomone cap. 25. Cornelius Genesius 49. & Ezechielis 21. Moralius Matthæi 1. Libro 2. Tractatu 9. & lib. 5. Tractatu 1. Hauserunt certani, ut opinor, sententiam ex efficacissimis sacrae Scripturæ testimoniis, in quibus Christus Dominus per Mariam matrem ex Judæ Patriarchæ Ducali sanguine, atque ex paterno Regum Juda female propagandis prædictus. Juvat unum, vel alterum indicare locum, in quibus & hæc Ducum ac Regum continua series, & illustris simul Deiparae Virginis successio continetur.

449 Primus locus est, celebris illa Jacobi Patriarchæ prædictio, Genesis 49. 10. Non auferetur sceptrum de Judæ, & Dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est. Pro eo quod Vulgatus noster sapienter exsulit, qui mittendus est, in exemplari Hebraico unica subiecto dicit, נָשׁוּב, shub, vel, shloah, quam Hebreorum Majores in Bereshit Rabba interpretantur, donec veniat filius illius, videlicet, eximia Fæmina; est enim ῥιος illius, fœminum pronomen, Matrem Christi D. designans. Hanc interpretationem referunt, & sequuntur David in libro Radicum. Galatinus Lib. 4. de Arcanis cap. 4. Hamerus, & Clarius Genesis 49. quibus adde Leonem Castrium, lib. 3. Apologeticæ, vertentem, donec veniat donum ei, vel ejus, nempe, magnæ Matris Mariae. Et quidem in eundem fœnum recidit hæc versio, ac Vulgata; ut hanc illa explicare, atque illustrare posse videatur. Hoc posito: vaticinatur Jacob sceptrum, ac ducem ex domo Judæ nequam fuisse defuturum, donec illustris ea fœmina, Maria Deipara, ejusque Filius, eorum Ducum nepotes ejusdemque sceptri successores oriuntur.

450 Scio nobiles interpres arduum Vaticinium sic explicuisse, ut Jacob non de Judæ domo singulari, sed de universo Judaico populo egerit, qui proprio principe, nunc ex hac, nunc ex illa Tribu despuncto, nunquam caruerit, donec Christus Dominus adveniat. Ex istimur hi authores, hæc ratione omnes difficultatum nodos facilè sese expedivisse, cum certum sit, tempore Judicium, Saulis, Regum, Machabæorum, Judaicæ populum proprium habuisse principem, quem tamen, his ipsis Ju dicum, Regum, & Machabæorum temporibus, ex Judaica Tribu non ita facile competet. Sed verò dum hi authores eâ se difficultate expeditos autumant, in aliam incident longè graviorem, quod Jacobi Prophetiam coadūt prorsus interpretatione detorquent; nam cum S. Patriarcha proprios singulis filiis prædiceret eventus; quin ab uno ad alterum, præter institutum, diverteret; in hac una intermedia Judæ Benedictio, atque in ipsius met Benedictio media periodo, extra chorūm saltasse dicant, atque ab ipso Juda, qui cum agebat, ad totam digressum fuisse Israeliticam gentem; quod nec fibi predicti authores, neque cæteris sapientibus persuadent.

451 Retinenda igitur antiqua Patrum expositio, qui continentem, atque perpetuam sceptri, ac Ducum ex Judæ Domo successionem, usque ad Christum Mariæ filium, prædictam fuisse, pronunciant, tamquam ejusdem antiqua ex patrum ex sceptri ex jure paterno successorum, ut postea explicabo. Hieronymus, quem in exponentis sacris Scripturis Doctorem maximum Ecclesia veneratur, cum saepius hanc pertractaverit prophetiam, in hanc semper explicit sententiam Iuda domo Ezechielis Cap. 21. quo prædictur ultimi successione nisque ad Christum. Regis exilium, Judaicique Regni extrema clades, additur v. 7. Et hoc non factum est, donec veniret cuius est iudicium, & tradam ei. Quasi dicat: Regia Davidis prosapia, tamet Ezech. 21; si tantam iram commerita, hanc quamquam ex cincturam profus, donec veniat Christus, quem eidem promis Davidicæ familiæ. Hunc sententiam ut exprimat ibi Hieronymus, adducit vaticinium Jacobi nuper citatum, quasi eadem sit utriusque intelligentia. Quoniam autem opponi potuisse cernebat Hieronymus, Hircaum ex tribu Levitica Regium occupat. S. Hieron.

*Probatur te
flimonis
sacra Scrip
ture.*

Gen. 49. 10.

*Christi fi
lius eximia
fæmine præ
dicatur.*

*Aliorum ex
istimatio.*

Soph. 1. 8.

S. Hieron.

Parum te
Ejusdem sententiae est Sanctus Augustinus si nonia se
in Praefatione ad Psalmum 75. ubi ex eadem Jacobi prophetia disertè docet Regnum in Tribu Juda usque ad Christum mansisse. Ante Herodem enim omnes de Tribu Ju da, sed donec veniret, cui re promissum est. præmeriter illa: Considerentur priora tempora; & invenientur, quia Judæ de Tribu Juda semper Reges habuerunt. Et lib. 2. contra

118 In Cap. XXIV. Ecclesiastici.

S. Ambro.

contra Faustum cap. 84. & 85. ubi subdit: *Illo ergo tempore Herodis, quo jam de Tribu Iude Regnum defecerat, veniendum erat Christo: sic enim fuerat prophetatum: Non deficiet Princeps ex Iude. &c.* Nec alia mens est Ambrosii de Benedictinibus cap. 4. *Donec ille veniat, donec deficiat Dux ex Iude: ut usque ad ejus ortum regalis successionis fides incorrupta servetur.* Vide rursus in Libro de Joseph Patriarcha cap. 3. Suffragatur Isidorus in Quæstionibus ad Genesim cap. 29. explicans eamdem Jacobi prophetiam. Subscribit Beda in Genesim, quem exscribit Albinus, & Thomas in Genesim.

S. Athanas.

452. Addo Graecos itidem Patres: Athanasiū Serm. de Passione, & Cruce Domini, Davidicū Regnum usque ad adventum Salvaris propagatum fuit, teste Patriarcha Jacobita, dicente: Non deficiet Princeps ex Iude, &c. Similis est Epiphanius Hæresi 22. Duravit regnum per successionem à Iude, & à David. Et Hæresi 29. Duravit thronus David usque ad Christum non deficientibus Principibus ex Iude, donec venit cui restabant, que reservabantur ipsi. Attempo Cyrillum Jerosolymitanum Catechesi 12. ad idem Vaticinum. Si habent Iudei Principem ex genere Iude, & David, nondum venit ille expectatus. Eadem mens est alterius Cyrilli Alexandrini lib. 8. contra Julianum. Quod sermo propheticus ille Jacobī Patriarchae mentionem facit eorum, qui regnaverunt de Tribu Iude super Israel, etiam ego ipse dixerim, &c. Adjungo Chrysostomum Homilia 2. in Matthæum, & Theodoretum Quæstione 109. in Genesim, Procopium & Diodorum, nec non & Damascenum Oratione 2. de Nativitate B. Mariae, Hesychium Homilia 1. de B. Maria, Leonem Sapientem in Epistola ad Omarum Nicephorū lib. 1. Historiae cap. 9.

*453 Tantorum ergo Doctorum autoritate fultus, constanter assero, Jacobī Patriarchae propheṭicam mentem hanc fuisse, ut prædicaret, non Principem, non sceptrum ex Iude Domo, & familia anteā defururum, quā ex eadem familia, ejusdem sceptri succedaneo jure hæredes advenirent expectatissimi nepotes Christus & Maria. Non auferetur sceptrum de Iude, & Dux de femore ejus, donec veniat, qui mittendus est. Sive, ut supra ex eruditiorum Interpretatione dixi, donec veniat Filius illius optima fama. Nisi enim Jacob hanc Christi, & Mariæ ex Iude Domo originem, hanc sceptri hæreditariam continuationem, & successionem prædicterit; neque ejusdem vaticini contextum, neque gravissimum Patrum numerosa suffragia retinuerit. A Iude ergo, à Ducibus, à Regibus ejusdem Tribus, David, Salomon, & cæteris in Iude sceptrum succedentibus, originem clarissimam repetunt Christus, & Maria. Qui verò Patres citantur à Pererio, Genesis 40. Disp. 1. & 2. quasi Jacob prædictis intellecterint, non defuturum populo Iudaico, quacumque ille ex Tribu foret, proprium Regem, donec Christus veniret, nomine *Judaici Regis*, eum intellexerunt, qui ex Tribu esset Iude; interdum etiam generales voces usurparunt, quæ ad superiora eorumdem Patrum testimonia revocanda sunt, quibus suam sententiam expresserunt.*

Non deficit sceptrum ex Iude domo donec Christus & Maria adveniant.

454 Quod si principatus insigniores notas, à Iude usque ad Christum in ea Tribu, &

familia quæras, haud obscuras quidem invenis. Nam pro primis illis Judaicæ Reipublicæ incunabulis, pro simpliciori priorum temporum eorum politia, proprium imperii specimen, haud semel, neque illud dederunt leve Judaicæ stirpis Duces, Aminadab, & reliqui. Primas in castratione, inter reliquos Tribuum Principes Iudeæ ferebat Dux, Numer. 2. & 9. Primus offerebat munera ad Tabernaculi Fabricam, cap. 7. Summa prælii gerendi primo illi divinitus defertur Iudicum 2. Primus describitur in fortitione Josue 15. & in Genealogiis 1. Paralip. 2. Unde Laurentius lib. 4. de divina Sapientia cap. 10. *Principem examinis Israëlii, adhuc per deserta vagantis, Judam dicit. De intermedio Regum tempore, nihil opus est dicere; cum florentissimum per quadringentos fermè annos in Regia Iudeæ familia viguerit. Obscurior quæstio erat de subsequenti Dux & Machabæorum ætate; præfertim cum Hircaeus Regum sibi diadema imposuerit. Sed injuria Regum ab eo affectatum, cui minimè deberetur, opportunè observavit Hieronymus supra citatus, docens Regnum ad Duxem Judaicæ Tribu tunc etiam pertinuisse. Denique Damascenus in Oratione 2. de B. Mariae S. D. I. Nativitate, cum Vaticinum Jacobi Patriarchæ de Judaicæ Tribus perperuo principatu exposuisset, ex qua Christum & Mariam nascituros eodem vaticinio probaverat, sic addit: Quamquam Iudeorum Regnum, etiam ante Christi adventum, eversum erat; utpote sine ulla controversia circumscriptum ac definitum usque ad Iechoniac tempora; genus tamen ipsum ad Christum usque honori haberit, atque conservari Regiae nobilitatis expressas notas retinere non defit. Hæc ille; quæ haud difficilis fuisset, præfertim apud Judæos, quibus per publicas Genealogicas tabulas notissimi erant Judaicæ Tribus Principes, quibus sceptri successio competenter: ut ait Ambros. lib. 1. in Lucam. Quod autem extremis illis temporibus Judaici sceptri hæredes obscuriores essent, neque illustria supremi magistratus illius argumenta ederent, Græcorum Regum, ac postea Romanorum tyrannis in causa extitit.*

455 Quærat aliquis, utrum eò hæc omnia spæctant, ut, cùm Judaici Principatus à Iude Patriarcha usque ad Mariam, & Christum per intermedios omnes hæredes derivarient Patres supra dicti, consequenter censeant, illud ipsum Judaici sceptri jus hæreditarium ad Mariam & Christum fuisse etiam devolutum. Respondeo id à me nequaquam per institutum esse actum. Tantum contradicbam, Mariam & Christum ex Iude, Iudeaque successoribus, sceptrique, Regnique hæredibus originem ducere. Hoc certissimum arbitror apud Scripturas, & Patres: illud de hæreditario sceptri, Regnique jure, in eadem Judaicæ Tribu perpetuò manente, non ita certum, cùm magni nominis Theologi hodie illud insificantur. Si autem de mea sententia roger, affirmantibus libenter subscrivo plerisque Patribus, clarisque Theologis. Hujus sententiae sunt S. Athanasius in Oratione de Passione, & Cruce Domini, & in Oratione de SS. nostra Deipara; S. Epiphanius Hæresi 29. Theodoretus, Ezechielis c. 21. v. 27. S. Thomas Genef. 49. quibus adde Petrum Blesensem Epistola 98. de Expeditione ad

*Principatus
insigniores
notæ à Iude
usque ad
Christum in
ea Tribu.*

Petr. Ble-
sen.

ad Terram Sanctam, quem de Maria Regina signanter agentem libet exscribere. Cum Patri gentes in hereditatem, & in possessionem terminos terræ dederit, Christo nempe; Mater ejus, quæ de Tribu Iude, & stirpe David rectâ lineâ duxit originem, Regnum suum & Filii sui requirit de manibus nostris. Hæc ille pro bello facio. Et rursus in Tractatu de Hierosolymita peregrinatione acceleranda, dum pro felici eventu Christum deprecatur, sic inquit: Ut de Patre tuo taceam, qui tibi dedit gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ, certè Mater tua de stirpe Regis David lineali computatione descendit. Ju- re igitur Materno illa tua est. Doctrina tua est. Ne des alienis honorem tuum. Mitto S. Bernardinum in Sermone 61. initio hujus lectio- nis citato, quem ab aliis plerisque prælibatum video. Mitto etiam Armacanum lib. 4. Quæstiōnē c. 16. Bacchonum in 4. Quæst. 1. Prologi Artic. 2. Conclus. 2. & Quæst. 11. Articulo 3. Mitto recentiores, Mendozam in Relectione de Christi Regno, Franc. Lucan Brugensem in Matthæum c. 1. Azorium lib. 2. Institutionum Moraliū cap. 15. Petrum Moralem lib. 2. in Matthæum Tract. 9. num. 9. & lib. 5. Tract. 1. num. 1. Bernardinum Bu- stium Parte 12. Marialis Serm. 1. eidem sententia suffragantes. Claudam si lectissima verba S. Bernardini in Sermone de S. Joseph recitavero. Quod Jesus ultimus Dux, & ultimus Rex, & ultimus Patriarcha fuerit totius populi Israel, non aliunde habuit, quam à B. Virgine. Mæte.

Prov. 2. 9.

S. Bernard.

*Secundum
testimonium,
quo Maria
regali ex-
progenie ex-
orta proba-
tur.
Psal. 131.*

S. Irenæus.

456 Secundus locus, quo Maria regali ex progenie, ut Ecclesia loquitur, exorta probetur, defumi potest ex Ps. 131. 11. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Hoc enim egregio carmine Regnum Davidicum, per continentem posterorum Regum successionem, in Mariam, & per eam in Christum devolvendum promittitur. Sic exponit S. Irenæus lib. 3. adverbius Hæresi cap. 27. Et in eo quod dicit: Audite domus David; significantis erat, quoniam quem promisit Deus David, de fructu ventris ejus aeternum hæreditarium se Regem, hic est, qui ex Virgine, qui fuit ex genere David, generatus. Propter hoc enim, & de fructu ventris ejus Regem promisit, quod erat proprium Virginis prægnantis, & non de fructu lumborum ejus, nec de fructu renum ejus, quod est proprium viri generantis, & mulieris ex viro conceptionem facientis. Satis meditata Irenæus Davidicū hunc versum, De fructu ventris tui, nempe Virginis, ponam super sedem tuam, conjunxit, cum Isaia Vaticinio cap. 7. v. 13. Audite domus David, Ecce Virgo concipiet, &c. ut significaret fructum ventris Mariam, quem Dominus Davidi præmisiter, ex domo Davidica per Salomonem, cæteros quo successores Reges esse propagandum. Nam cum domum Davidis Isaia compellabat, atten tamque ad Prophetiam reddebat, Achaz septimum post Salomonem alloquebatur Regem. Per hunc ergo, ac per reliquos, Mariam à Salomone prægnendam, collatis studiis, prædictis utrumque Vatem, intellexit Irenæus. Cui suffragatur Epiphanius in Sect. 29. Iubi dum explicat prædictum versum, De fructu ventris tui ponam super sedem tuam, sic scribit: Illic per successionem duravit thronus David usque ad ipsum Christum: defiverunt enim in Christi adveniū Principes per successionem ex Iude, qui us-

Pars II. ad V. 5.

119

que ad Christum præsiderunt. Et paulò pōit:

Ex semine vero David propter Mariam, sedens in Throno in æternum, & regni ejus non erit finis. Tria sunt in Epiphanius breviter obseruanda. Primum; quod Judaici regni possessionem nunquam reipla Christus adierit temporariam, & materiarum, sed in spiritualem sublimiorem commutaverit, ut latè explicat. Secundum; quod Davidici regni successores Reges, regnique & jure hæredes, usque ad Christum perduraverint. Tertium; Davidis, & successorum Regnum, simul cum regia progenitorum nobilitatem in Christum per Mariam fuisse derivatum. Igitur Maria, de sententia Epiphanius, prædictum Psalmum, & versum explicantis, Regiam originis nobilitatem à Davide per Salomonem, & reliquos Reges deducet. Eadem ejusdem versus expoſitio est Tertulliani lib. 3. contra Marcionem cap. 20. & sancti Augustini in Commentario. Neque mirum videri debet, quod Christus Dominus homo, Iudaici sceptri jura, & humani generis nobilitatem per Mariam matrem à majoribus accepit, cum ipsemet Dominus Psalm. 85. 16. imperium, quod alia Psalmo 2. 8. petere jubetur, eo nomine, ac titulo, præter alios proprios, à Patre exposcat, quod Ancillæ Dominicæ filius existat. Da imperium tuum servo tuo, & salvum fac filium Ancillæ tuæ: neque enim post merita ejusdem Filii propria, gratissimum potuit non esse Patri tantæ Ancillæ nomen, tanta, & tam humiliis obedientia, quæ & sibi, & Filio imperium promereri potuſſerit, quando idem Filius tam justis illud nominibus non effet commeritus, quibus univerſa Matri & natu ralia & supernatura lūna conferebat. Certè Augustinus, & Arnobius Ancillam in hoc versu, Virginem Deiparam interpreta tui sunt.

457 Tertius locus produci posset ex Isaia cap. 38. describente Ezechias Regis lethalem simonium mortbum, amarumque fletum, quo vitam de preccatus est. In diebus illis agrotavit Ezechias argumento, usque ad mortem, & intravit ad eum Isaia, Isa. 38. &c. Ubi Hieronymus: Flevit autem Ezechias S. Hieron. fletu magno, inquit, propter promissionem Domini ad David, quam videbat in sua morte per Ezechias Rex rituram. Eo enim tempore Ezechias filios non flevit mor habebat. Ergo iste omnis est fletus, quod defturus. perabat Christum de suo semine nascitum. Eandem fletus rationem agnoscunt Dionysius, Clarius, Forerius, Comelior, & alii. Ex hac Hieronymi interpretatione perspicuum est, constantem fuisse traditionem in Israelitica Ecclesia, promissiones Davidi factas, de Maria, & Christo ex ejus genere procreandis, intelligentias fuisse de Regia Salomonis stirpe: cum aperte confiterit, Ezechiam, quem Matthæus c. 1. nonum à Salomone Regem numerat, propterea moribundum deflevit, quod sine liberis obiret, neque successorem relinquere, qui familiam ducere Regiam, Mariamque Christumque progigneret, juxta prædictas promissiones. Eandem fletus rationem reddunt Josephus 10. Antiq. 3. & Aug. 2. de Mirabilibus S. Scripturae 28.

458 Explodimus igitur, cum gravissimis quibusque Theologis, commentum illud Annū Viterbiensis in Breviario temporum, ubi ausus est scribere, Salomonis Stirpem excusam fuisse in Ochozia Rege absque filii perempto, atque adeo Judaicum Iceptum ad Fra-

*Annū com-
mentum
exploditur.*